

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena IIII.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

Cod. PHORMIO

Retinere, amare, amittere: ego in eū incidi infelix locū,  
ut neque mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia,  
sed hoc quid est? uideon' ego aduenire huc currentem

Getam?

Is ip̄sus est. timeo miser, quam nunc mihi hic rem nun-  
ciet.

ACTVS PRIMI SCENA IIII.

GETA, ANTIPO, PHAEDRIA.

Ge. *Vllus es Geta, nisi aliquod iam tibi consilium  
n celere repereris:*

*Ita subito nunc imparatum tanta te impin-  
dent mala:*

*Quæ neque uti deuitem scio, neque quo modo me inde  
extraham:*

*Nam non potest celari nostra diutius iam audacia.*

An. *Quidnam ille commotus uenit? Ge. tum, tempori-  
punctum mihi*

*Ad hanc rem est: herus adeſt. An. quid istuc est malum?*

Ge. *Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam  
iracundiæ?*

*Loquar ne? incendam. taceam? instigem. purgem me!  
Laterem lauem.*

*Eheu me miserum: cum mihi pauco, tum Antiphon  
excruciat animi:*

*Eius me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet!*



nam absque eo

Eſſet: recte ego mihi uidifsem, et ſenis eſſem ultus iracun-  
diam:

Aliquid conuafarem, atque hinc me coniicerem pro-  
tinam in pedes.

An. Quam hic fugam, aut furtum parat?

Ge. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quærere in-  
fiftam uia?

Ph. Te nominat. An. nescio quod magnum hoc nuncio ex-  
pecto malum.

Ph. Ah, ſanu' ne es?

Ge. Domum ire pergam: ibi plurimum eſt. Ph. reuocemus  
hominem. An. ſta illico. Ge. hem,  
Satis pro imperio, quisquis es. An. Geta. Ge. ipſe eſt,  
quem uolui obuiam.

An. Cedo, quid portas, obſecro? atque id, ſi potes, uerbo  
expedi.

Ge. Faciam. An. eloquere. Ge. modo apud portum. An.  
meum ne? Ge. intellexi. An. occidi. Ph. hem.

An. Quid agam? Ph. quid aīs? Ge. huiu' patrem uidiffe  
me, patruum tuum.

An. Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remedium inue-  
niam miser?

Quòd ſi eō meae fortunae redeunt, Phanium abſ te ut  
distrahar;

Nulla eſt mihi uita expetenda. Ge. ergo iſtæc cum ita  
ſint Antipho,

Tanto magi' te aduigilare æquom eſt. Fortes fortuna  
adiuuat.

An. Non ſum apud me. Ge. atqui opus eſt nunc, cum ma-  
xime,

QOI PHORMIO

xume, ut sis Antipho:

Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur  
Commeruisse culpam. Ph. hoc uerum est. An. no pos-  
sum immutarier.

Ge. Quid si aliquid grauius tibi nunc faciendum foret?  
An. Cum hoc non possum, illud minu' possem. G. hoc ni-  
hil est Phaedria: ilicet:

Quid conterimus operam frustra, quin abeam? Ph. et  
quidem ego. An. obsecro,

Quid si assimulabo? satin' est? Ge. garris. An. uoltum  
contemplamini, hem,

Satin' sic est? Ge. non. An. quid si sic? Ge. propemo-  
dum. An. quid si sic? Ge. sat est:

Hem istuc serua, et uerbum uerbo, par pari ut re-  
spondeas,

Ne suis te iratus sœnidictis protelet. An. scio.

Ge. vi coactum te esse inuitum, lege, iudicio: tenes?  
Sed quis hic est senex, quem video in ultima platea?  
An. ipfus est.

Non possum adesse. Ge. ah quid agis? quo abis Anti-  
pho? mane,

Mane inquam. An. egomet me noui, et peccatum  
meum:

Vobis commendabo Phanium, et uitam meam.

Ph. Geta, quid nunc fiet? Ge. tu iam lites audies:

Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.

Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,

Id nosmet ipsos facere oportet Phaedria.

Ph. Aufer mihi oportet: quin tu, quod faciam, impera.

Ge. Meministin' olim ut fuerit nostra oratio



In re incipiunda ad defendendam noxiā? iustam illam caussam, facilem, uincibilem, optumam.  
ph. Memini .G. hem nūc ipsa est opus, aut, si quid potest  
Meliore, & callidiore. Ph. fiet sedulo.  
Ge. Nunc prior adito tu: ego in insidijs hic ero  
succenturiatus, si quid deficies. ph. age.

## ACTVS PRIMI SCENA V.

DEMIPHO, GETA, PHAEDRIA.

De. Ta ne tandem uxorem duxit Antipho iniuf-  
su meo?

Nec meum imperium: age, mitto imperium:  
non simultatem meam

Reuereri? saltem non pudere? o facinus audax, o Geta  
Monitor. Ge. uix tandem. De. quid mihi dicent? aut  
quam caussam reperient?

Demiror. G. atqui repperi iam: aliud cura. De. an ne  
hoc dicent mihi?

Inuitus feci: lex coegit. audio, & fateor. Ge. placet.

De. Verum scientem, tacitū caussam tradere aduersarijs,  
Etiam ne id lex coegit? Ph. illud durum. Ge. ego ex-  
pediam: sine.

De. Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque  
incredibile hoc mihi accidit.

Ita sum iritatus, animum ut nequeam ad cogitandum  
instituere.

Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maxime,  
tum maxime

Meditari

